eſt inhabitatum qui brachiū ſancti
johannis ſe aſſerunt habere et ꝓpt̄
aquas aliquando mūdantes de litto
re modicū monaſteriū eſt tranſlatū
ad ipm̄ locū ipo die ephiphanie dn̄i
om̄es xp̄iani incole et peregrini etiā
de longinquis partibꝰ veniūt et ibi-
dē euangeliū Cū natus eſſet in beth
leem ꝛc· om̄es in latino legūt et aquā
benedictā et crucem baptiſant om̄es
qui tunc habent infirmitates et lan-
guores in aquaꝫ ſaltant et ꝙplurimi
ab infirmitatibꝰ ſuis aperte liberant̄
Jn valle jordani duodecim lapides
ſūt quos filij iſrahel in teſtimoniū de
fundo jordani tulerunt. De hijs lapi
dibꝰ beatus johannes baptiſta dixit
potens eſt dn̄s de lapidibꝰ iſtis ſuſci
tare filios abrahe. Hec vallis dicit̄
vallis achor q2 ibidem achor fuit la-
pidatꝰ ꝑ aureis regalibꝰ ſubtractis
ab hac etiaꝫ villa helias raptus per
currū aureum ductus eſt in celos· nō
longe a loco quo baptiſatus eſt jhe-
ſus ad duo parua miliaria jordanis
mare mortuū ſeu maledictū intrat et
vltra non apparet. Et eſt queſtio in
oriente cur aqua benedicta intret lo
cū tam maledictum Et dicūt quidā
ꝙ ꝓpterea q2 vnius maledictio tēpe-
retur per benedictionem alterius Et
alij dicūt ꝙ in introitu abſorbetur et
vtrumqꝫ eſt bene credendū. Sed ta-
men videt̄ michi magis ꝙ a terra ab
ſorbeatur. Nam jordanis aliquādo
ex aq̄s pluuialibꝰ vndiqꝫ de monti-
bus venientibꝰ tam magnus efficit̄
ꝙ impoſſibile eſſet tātas aquas ma
re intrare poſſe niſi omnia loca circa
ſubmergeret/et durat fluxus jorda-
nis ab ortu ſolis vſqꝫ ad finem circa
quindecim miliaria huiꝰ patrie. Su

per fluxum jordanis ſunt ꝙplurima
grecorum et ſciſmaticorum monaſte
ria et heremitoria gracioſa· Juxta eū
dem fluuiuꝫ innumerabilia cernunt̄
animalia ſilueſtria parua et magna·
omni veſpere ſe adaquātia et ſpecia-
liter leones et vulpes capreoli cerui
lepores et capre ſilueſtres et huiuſ-
modi animalia que circa homines in
cidūt vt animalia domeſtica. Jn eo
dem loco temporibus meis tranſripā
jordanis aſſidue leo eſſe ſolebat et
omnes tranſeuntes inſpexit et cauda
blandiens more canis et non fugit·
nec de die aut nocte aliqd̄ dampnuꝫ
intulit Tandem quidaꝫ ſagittarius
noſter volens eum terrere et irritare
ſagittam emiſit et leo ſe non moue-
bat ſed ſagittam odorabat. Et cū de
nuo ſagittā emiſit leo ſe directe con
tra ſagittam erexit quaſi ſagittā ore
et pedibus deſideraret capere et poſ-
ſtmodum in loco hoc non eſt viſus
ſed ꝙplurima dampna intulit homi-
nibus et iumentis. De alijs anima-
libus ſilueſtribus tot ſunt in hoc lo-
co ꝙ villani ipa vt pecora ad forum
ducunt. Non remote ab hoc loco
eſt locus qui cumulus jordanis vo-
catur vbi filij ruben et gath et dimi
dia tribus manaſſe dum ad ſuas re-
diret poſſeſſiones altare mire magni
tudinis conſtruxerunt·

De Ramatha ciuitate·

De jordane in tribꝰ diebꝰ per
uenit in galileā judeā et ſa-
mariā et diuiſis vijs in itine
re dimittit̄ jheruſalē a ſiniſtris et per
uenitur in ramatha ciuitatem quon-
dam pulchram et adhuc cōpetenter
inhabitatam in monte effraim ſitam
Jn hac ciuitate nūc eſt ſarracenorum

tadi id eſt epūs vbi quadā vice mlͭ:
tos labores habuim⁹ de xp̄ianis ibi
dem captis per fatuitatem eorū quo
uſqꝫ liberauim⁹ eos. Ex hac ciuita:
te ſamuel ꝓphta fuit ortus et ibidē
ſepultus Juxta hanc ciuitatem aba
cuc ꝓpheta portans meſſoribꝰ pran:
diū raptus eſt ab angelo ad danielē
ꝓpe babiloniam ad lacū deportatus
Nota ramatha fuit ciuitas quon:
dam pulchra nūc deſerta aramathia
vocata vnde ioſeph qui xp̄m ſepeli:
uit fuit ortus. ꝓpe hanc ciuitatē ad
tria miliaria quondā ciuitas famoſa
fuit ſita ſed nūc eſt parua villa ſylo
vocata qua fuit archa federis et he:
brei ibidē ad adorandū cōueniūt nō
longe ē emaus ciuitas quondā pul
chra ſed nūc deſerta in qua xp̄s poſt
mortē diſcipulis apparuit. et hec ci:
uitas nūc nycopolis vocatͣ.

De gabaon ciuitate.

PRope emaus a dextris q̄n:
dā ſteterūt famoſiſſime ciui:
tates ſed nūc deſerte ſcꝫ ga:
baon et aq̄lon vbi joſue cōtra quiqꝫ
reges pugnabat et ob p̄ceptū dei ſol
curſū ſuum eblongauit quouſqꝫ ini
micos iſrahel ſuperauit.

De ciuitate Sychar.

NOn longe a ſylo vel ꝓuīn:
cia ſamaria quondā fuit pul
chra ciuitas in valle ſita ſy:
char vocata que nunc neapolis dici
tur et nunc quaſi deſerta. In hac ci
uitate capta fuit dyna filia iacob et
a filijs ſuis vindicata Circa hāc viā
quondā ſtetit pulchra eccleſia ſꝫ nūc
deſtructa in qua fuit pute⁹ iacob ſup
quē xp̄us in humana fragilitate laſ:
ſus in itinere ſedens aquā a ſamari:
tana pecijt ad refocillandū dicens ei
quinqꝫ viros habuiſſe vt dicit ſcri:
ptura. Juxta hūc puteū roboam rex
iſrahel fecit vitulos aureos quos fi:
lij iſrahel adorauerūt. Itē iuxta hāc
ciuitatem in campo dauid goliā in:
terfecit. et q̄plurima alia loca in iti:
nere cernunt̄ de q̄bꝰ longū eſſ̄ dicē.

De ſamaria ciuitate.

DE ſychar ꝓcedit̄ et perūeni:
tur in ſamariam que quon:
dā erat caput toci⁹ ꝓuincie
de quā etiā tota terra ſamaria eſt vo:
cata. et fuit ciuitas quondā pulcher
rima ac famoſa et ciuitas regalis et
multū magna vt eius teſtat̄ ruina et
ciuitati iheruſalem in omnibꝰ ſita ſi:
milima. In hac etiā ciuitate quon:
dā reges iſrl̄m habitabāt. In hac
ciuitate ſanct⁹ iohānes baptiſta int̄
helizeū et abdiam ꝓphetas fuit ſepul
tus. et hec ciuitas que olim ſamaria
vocabat̄ poſtea ſebaſten dicta eſt et
nūc ſyblim vocat̄. de qua maior co:
gnicio xp̄ianorū in ipa t̄ra de ſyblim
vocat̄ in p̄ſentē diem. Et primo mi:
lites de francia et in recuperacione
terre ſancte hec ciuitas in porcionem
eorū fuit deuoluta.

De galilea regione.

DE ſamaria p̄dictis viſis ꝓce
dit̄ p planiciē galilee dimiſ:
ſis montanis. galilea ē terra
terre ꝓmiſſionis ꝓuincia planis mō
tibꝰ paſcuis et alijs herbis et diu̇ſis
rebꝰ bonis multū nobilis ē et bona
et in eius vallibꝰ multū vberima et
eſt gracioſa et in eius plano et cliuo
monciū ſūt hec ciuitates ſcꝫ naym ca
pharnaū bethſaida et chana galilee
ſꝫ nūc oēs ſūt q̄ſi deſerte et deſtructe.